

BIBLIORVM
CODEX SACER
ET AVTHENTICVS, TE-
stamenti vtriusq; Veteris & Noui, ex
Hebræa & Græca ueritate, quàm proximè ad literam
quidem fieri potuit, fidelissimè translatus
in linguam Latinam.

*DE vniuersa huius operis ratione, differetur
in subiecta Prefatione.*



SCRVTAMINI scripturas: nam vos videmini vobis in
ipsis vitam eternam habere: & illæ sunt quæ
testificantur de me. Ioan. 5.

TIGVRI EXCVDEBAT **CHRISTO-**
PHORVS **FROSCOVERVS** **IUNIOR,**
ANNO **M. D. LXIII.**

- 20 Num narrabitur ei quando loquar? num loquetur aliquis quum perdetur?
 21 Num quoque non viderunt lumen lucidum quod est in cœlis: at ventus transit & repurgat illud.
 22 Ab Aquilone aurum veniet, propter Deum terribilem laude.
 23 Omnipotens quem non inuenimus, magnus est potentia & iudicio, ac multitudine iustitię: propterea non affligit.
 24 Idcirco timebunt eum homines: non vj debet propterea omnes sapientes corde.

¶ Alloquitur Dominus Iob, ostendens ei suã iustitiam ex inscrutabilibus suis operibus.

CAPVT XXXVIII.

- E**T alloquutus est Iehouáh ipsum Iob de ipso turbine, atq; dixit,
 2 Quis est iste qui obscurat cõsilium sermonibus sine cognitione?
 3 Accinge nũc sicut vir lumbos tuos: interrogabo te, & notifica mihi.
 4 Vbinam eras quando fundabam terram? annuntia si nosti intelligentiam.
 5 Quis disposuit mensuras eius quod no- scas? aut quis extendit super eam lineam
 6 Super quo bases eius defixę sunt? aut quis iecit lapidem eius angularem?
 7 Quum laudarent pariter stellę luminis, & iubilarent omnes filij Dei?
 8 Et quis clausit ostijs mare, dum erupit ẽ vulua, & prodijt?
 9 Quando posui nubem vestimentum eius, & caliginem fasciam eius:
 10 Et decreui super eo decretum meum, apposuiq; illi vectem & ostia:
 11 Et dixi, Hucusq; venies, neque addes: & illic ponet elationem fluctuum tuorum.
 12 An in diebus tuis præcepisti mane, aut indicasti aurorę locum suum,
 13 Vt apprehendat extrema terrę, & excutiantur impij ex ea?
 14 Muratur sicut lutum sigilli, & stant sicut vestimentum.
 15 Et prohibetur ab impijs lux ipsorum, & brachium excelsum confringitur.
 16 Nunquid ingressus es vsq; ad profunda maris, & in vado voraginis ambulasti?
 17 Nunquid detectę sunt tibi portę mortis, & portas vmbre mortis vidisti?
 18 Nunquid considerasti vsq; ad latitudines terrę? indica si nosti totam ipsam:
 19 Vbinam est via in qua habitat lux, & tenebrarum vbi est locus?
 20 Quod acceperis eam in regionem suam, & quod intellexeris semitas domus eius?

- 21 Num nosti illud quia tunc natus esses, & C numerus dierum tuorum multus sit?
 22 Nunquid ingressus es thesauros niuis, & thesauros grandinis vidisti,
 23 Quem retinui in tempus angustię, & in diem belli ac prælij?
 24 Et an nosti vbinã sit via in qua diuiditur exhalatio, quę spargit vêtum super terram?
 25 Quis diuisit inundationi aquę ductum, & viam fulguri tonitruorum:
 26 Vt pluat etiam super terram in qua nulus est, & super desertum in quo nemo est?
 27 Vt fatiet vastitatem ac desolationem, & germinare faciat exitum germinis.
 28 Nunquid est ipsi pluuię pater? aut quis gignit stillas roris?
 29 De vtero cuius egreditur gelu, & pruina cœli quis gignit?
 30 Instar lapidis aquę absconduntur, & superficies voraginis congelatur.
 31 Nunquid cohibebis delicias Vergiliarũ, aut contractiones Orionis aperies?
 32 Nunquid educes signa cœlestia tempore suo? & Arcturum cum filijs suis deduces?
 33 Nunquid nosti statuta cœli? nunquid pones dominium eius in terra?
 34 Nunquid eleuabis nubi vocem tuam, & multitudo aquarum operiet te?
 35 Nunquid emittes fulgura, & ibunt: dicentq; tibi, Ecce nos?
 36 Quis posuit in renibus sapientiam? aut quis dedit intellectui intelligentiam?
 37 Quis numerauit cœlos in sapientia? & quę descendũt de cœlo, quis quiescere fecit?
 38 Quum duresceret puluis in duritiam illam, & glebæ sibi inuicem adhæserunt?

¶ Rursus ostendit Dominus mirabilia quę facit in animalibus. CAP. XXXIX.

- N**unquid venaris leoni prædam, & animam leuncolorum imples,
 2 Quum decumbunt in habitaculis sedentq; in vmbaculo suo propter infidias?
 3 Quis præparat coruo escam ipsius, quando pulli eius ad Deum vociferantur, & errant quod non sit esca? *Psal. 146. b. 9.*
 4 Nunquid nosti tẽpus quo pariunt ibices? & tempus quo parturiunt ceruę obseruasti?
 5 Numerasti menses quibus conceptum adimplent? & an nosti tempus quo pariunt?
 6 Incuruant sese, foetus suos conterunt, dolores suos remittunt.
 7 Attamen conualescũt foetus earũ, crescunt foris: egrediuntur, & non reuertũtur ad eas.
 8 Quis emisit onagram liberum? & vincula onagri quis soluit?

9 Cuius

- 9 Cuius domum posui in solitudine, & habitacula eius terram falsam?
 10 Deridet multitudinem ciuitatis, clamores exactoris non audit.
 B 11 Inuestigatio montium, pascua eius, & post omne virens perquirat.
 12 Nunquid volet rhinoceros seruire tibi? an pernoctabit ad præsepe tuum?
 13 Nunquid ligabis rhinocerotam in sulco fovee sue? nunquid arabit valles post te?
 14 Nunquid confides in eo, quòd magna sit fortitudo eius, & derelinques ei laborem tuum?
 15 Nunquid credes illi quòd reddat semen tuum, & areae tuae congreget?
 16 Alis pauo exultat: an penna struthioni, & pluma?
 17 Derelinquit enim in terra ova sua, & super terram calefacit.
 18 Et obliuiscitur quòd pes conculcabit ea, & bestia agri conteret illa.
 C 19 Obliuisci facit illam pullorum suorum, in quo non erunt, sed in vanum erit labor eius absque timore.
 20 Quia obliuisci facit eam Deus sapientiae, neque impartitus est ei intelligentiam.
 21 Quòd tempus fuerit, in altum eleuat sese: tunc deridet equum & ascensorem eius.
 22 Nunquid dedisti equo fortitudinem? nunquid induisti collum eius tonitru?
 23 Nunquid terrebis illum sicut locustam? robur naris eius terror.
 24 Fodiunt vallem, & gestit fortitudine, egreditur in occursum armorum.
 25 Deridet pauorem, nec formidat, neque reuertitur à facie gladij.
 26 Super eum sonat pharetra, ferrum lanceae & hastae.
 27 Cum impetu & ira fodit terram, neque credit quòd sit sonitus buccinae.
 28 Inter buccinas dicit, Euge, & eminus odoratur bellum, commotionem principum, & clamorem.
 D 29 Nunquid per intelligentiam tuam volat accipiter, & extendit alas suas ad Austrum?
 30 Nunquid ad sermonem tuum eleuat sese aquila: & quum exalauerit nidum suum,
 31 In petra habitat, habitat inquam in prominentia petrae & arcis.
 32 Illinc explorat escam, eminus oculi eius contemplantur:
 33 Pulli quoque eius absorbent sanguinem: & ubi fuerint cadauera, illic est.
 34 Respondit autem Iehouah ad Iiob, ac dixit,
 35 Numquid contedere cum Omnipotente est eruditio? disputas cum Deo, respondeat ad illud.

- 36 Tunc respondit Iiob Iehouae, ac dixit,
 37 Ecce, contemptibilis sum, quid respondebo tibi? manum meam apposui ori meo.
 38 Semel loquutus sum, nec respondebo ultra: ac secundo, nec addam.

¶ Collatio humane imbecillitatis cum Divina potentia. Ostendit suam potentiam Deus in behemoth, siue elephante.

CAPVT XL.

- R Espondit itaque Iehouah ipsi Iiob & turbine, & dixit,
 2 Accinge nunc sicut vir lumbos tuos: interrogabo te, & notifica mihi.
 3 Nunquid etiam dissipabis iudicium meum, & condemnabis me ut iustificeris?
 4 Et an est tibi brachium sicut Deo, & voce sicut ille tonabis?
 5 Orna te nunc celsitudine: & sublimitate, gloriaque ac decore indue te:
 6 Disperge furores irae tuae, & vide omnem superbum, & humilia eum:
 7 Vide inquam omnem superbum, & depri-me illum, & contere impios in loco suo:
 8 Absconde eos in puluere simul, facies B eorum liga in abscondito:
 9 Et ego etiam fatebor tibi quòd seruet te dextera tua.
 10 Ecce nunc behemoth, quem feci tecum, herbam tanquam bos comedit.
 11 En nunc potentia eius in lumbis eius est, & fortitudo eius in umbilico ventris eius.
 12 Celeriter mouet caudam suam, quae est sicut cedrus, nerui testicularum eius pplexi sunt.
 13 Ossa eius, baculi aerei, ossa inquam eius sicut virga ferrea.
 14 Ipse est principium viarum Dei qui fecit eum, applicabit ei gladium suum.
 15 Profecto germen montes ferunt ei, & C omnis bestia agri ludunt ibi.
 16 An sub arboribus iacet? in secreto calami & limo?
 17 An tegent eum arbores, ut sint umbra eius? circundabunt eum salices torrentis?
 18 En rapiet fluuium, ita ut non festinet, confidit quòd educet lardem in os suum.
 19 Oculis suis tollit illum, & offendiculis perforat nasum.
 20 Num extrahes leuiathan hamo, & fune, quem demerferis ad linguam eius?
 21 Numquid pones hamum in naribus eius, & spina perforabis maxillam eius?
 22 Numquid multiplicabit ad te preces? nunquid loquetur ad te mollia?
 23 Nunquid feriet foedus tecum, atque accipies eum in seruum perpetuum?